Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Biblia Latina - Cod. Aug. perg. 154

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Treni

urn:nbn:de:bsz:31-42065

Visual Library

Neque enim regibus maledicent neque be-
dicent. Signa etiam in celo gentibus non
ostendunt neque ut sol lucebunt nec illu-
minabunt ut luna. Bestie meliores
sunt illis que possunt fugere sub tectum ac
prodesse sibi. Nullo itaque modo nobis est ma-
nifestum quod sunt dii propter quod ne timea-
tis eos. Nam sicut in cucumerario formi-
do nichil custodit ita sunt dii illorum li-
gnei et argentei et aurati. Eodem modo
in orto spina alba supra quam omnis avis
sedet. Similiter et mortuo proiecto in tene-
bris similes sunt dii illorum lignei et
inaurati et inargentati. A purpura quoque et mar-
more que super illud tinent scietis
quia non sunt dii. Ipsi etiam postremo co-
meduntur et erit obprobrium in regione.
Melior est homo iustus qui non habet simula-
chra nam erit longe ab obprobriis.
Explicit liber Baruch. Incipiunt
Treni.
Quomodo se-
det sola ci-
vitas plena
populo facta est
quasi vi-
dua domina
gentium
princeps provinciarum facta est sub tributo.
Beth Plorans ploravit in nocte et la-
crime eius in maxillis eius. Non est qui con-
soletur eam ex omnibus caris eius. Omnes
amici eius spreverunt eam et facti sunt ei
inimici. Gimel Migravit Iuda propter
afflictionem et multitudinem servitu-
tis. Habitavit inter gentes nec invenit
requiem. Omnes persecutores eius appre-
henderunt eam inter angustias. Deleth
Vie Syon lugent eo quod non sint qui ve-
niant ad sollempnitatem. Omnes porte
eius destructe sacerdotes eius gemen-
tes virgines eius squalide et ipsa op-
pressa amaritudine. He Facti sunt
hostes eius in capite inimici eius lo-
cupletati sunt quia Dominus locutus est
super eam propter multitudinem iniquitatum
eius. Parvuli eius ducti sunt in capti-
vitatem ante faciem tribulantis. Vau
Et egressus est a filia Syon omnis decor eius.
Facti sunt principes eius velut arietes
non invenientes pascua et abierunt
absque fortitudine ante faciem subsequen-
tis. Zai Et recordata est Ierusalem
dierum afflictionis sue et prevaricationis
omnium desiderabilium suorum que habuerat
a diebus antiquis cum caderet populus
eius in manu hostili et non esset auxi-
liator. Viderunt eam hostes et deri-
serunt sabbata eius. Heth Peccatum
peccavit Ierusalem + instabilis facta est, propterea +
Omnes qui glorificabant eam spreve-
runt illam quia viderunt ignominiam
eius. Ipsa autem gemens et conversa retror-
sum. Teth Sordes eius in pedibus
eius nec recordata est finis sui. De-
posita est vehementer non habens consolatorem.
Vide Domine afflictionem meam quoniam ere-
ctus est inimicus. Ioth Manum suam
misit hostis ad omnia desiderabi-
lia eius quia vidit gentes ingressas
sanctuarium suum de quibus preceperas
ne intrarent ecclesiam tuam. Coph
Omnis populus eius gemens et querens
panem dederunt queque preciosa pro cibo
ad refocillandam animam. Vide Domine
et considera quoniam facta sum vilis. Lamech
O vos omnes qui transitis per viam at-
tendite et videte si est dolor sicut dolor

sicut dolor meus quoniam vindemiavit me
ut locutus est dominus in die ire furoris
sui. Mem. De excelso misit dominus ignem
in ossibus meis et erudivit me. Expandit
rethe pedibus meis: convertit me retrorsum.
Posuit me desolatam: tota die merore
confectam. Nun. Vigilavit iugum
iniquitatum mearum in manu eius convo
lute sunt et imposite collo meo. Infir
mata est virtus mea: dedit me dominus
in manu de qua non potero surgere. Samech.
Abstulit omnes magnificos meos dominus
de medio mei. Vocavit adversum me tempus
ut contereret electos meos. Torcular cal
cavit dominus virgini filie iuda. Ayn.
Idcirco ego plorans et oculus meus de
ducens aquam quia longe factus est a me
consolator convertens animam meam. Facti
sunt filii mei perditi quoniam invaluit inimicus.
Phe. Expandit syon manus suas: non
est qui consoletur eam. Mandavit dominus
adversum iacob: in circuitu eius hostes
eius. Facta est ierusalem quasi polluta menstruis
inter eos. Sade. Iustus est dominus quia os eius
ad iracundiam provocavi. Audite obse
cro universi populi et videte dolorem meum.
Virgines mee et iuvenes mei abierunt
in captivitatem. Coph. Vocavi amicos
meos et ipsi deceperunt me. Sacerdotes
mei et senes mei in urbe consumpti sunt.
quia quesierunt cibum sibi ut refocilla
rent animam suam. Res. Vide domine quoniam
tribulor: conturbatus est venter meus.
Subversum est cor meum in memetipsa:
quoniam amaritudine plena sum. Foris in
terficit gladius: et domi mors similis est.
Syn. Audierunt quia ingemisco ego:
et non est qui consoletur me. Omnes inimici
mei audierunt malum meum: letati sunt

quia tu fecisti. Adduxisti diem consolationis
et fient similes mei. Thau. Ingrediatur
omne malum eorum coram te: et vindemia
eos sicut vindemiasti me propter iniqui
tates meas. Multi enim gemitus mei: et
cor meum merens. Aleph. II 4
Quomodo obtexit caligine in furore
suo dominus filiam syon. proiecit de
celo in terram inclitam israel: et non est recor
datus scabelli pedum suorum in die furo
ris sui. Beth. Precipitavit dominus nec
pepercit. omnia speciosa iacob destruxit
in furore suo: munitiones virginis iuda.
deiecit in terra. Polluit regnum et principes
eius. Gimel. Confregit in ira furoris
sui omne cornu israel: avertit retrorsum
dexteram suam a facie inimici. Et succen
dit in iacob quasi ignem flamme devoran
tis in gyro. Deleth. Tetendit arcum suum
quasi inimicus: firmavit dexteram suam quasi
hostis. Et occidit omne quod pulchrum erat
visu in tabernaculo filie syon: effudit
quasi ignem indignationem suam. He.
Factus est dominus velut inimicus: precipita
vit israel. Precipitavit omnia menia eius.
dissipavit munitiones eius. Et replevit
in filia iuda humiliatum et humiliatam.
Vau. Et dissipavit quasi hortum tento
rium suum: demolitus est tabernaculum suum.
Oblivioni tradidit dominus in syon festivitatem
et sabbatum: et in obprobrium et in indignationem
furoris sui. regem et sacerdotem. Zai.
Repulit dominus altare suum: maledixit
sanctificationi sue. Tradidit in manu inimi
ci muros turrium eius. Vocem dederunt
in domo domini. sicut in die sollempni. Heth.
Cogitavit dominus dissipare murum filie sy
on. tetendit funiculum suum et non avertit
manum suam a perditione. Luxitque an-

muralis et murus pariter dissipatus est.
Teth. Defixe sunt in terra porte eius.
perdidit et contrivit vectes eius. regem eius et
principes eius in gentibus. non est lex. et
prophete eius non invenerunt visionem a domino.
Ioth. Sederunt in terra. conticuerunt senes
filie syon. consperserunt cinere capita
sua. virgines ierusalem. accincte sunt ciliciis.
abiecerunt in terra capita sua virgines
iuda. Caph. Defecerunt pre lacrimis oculi
mei. conturbata sunt viscera mea. Effu
sum est in terra iecur meum. super contritione
filie populi mei. cum deficeret parvulus et
lactans in plateis oppidi. Lameth.
Matribus suis dixerunt ubi est triticum et
vinum. cum deficerent quasi vulnerati in pla
teis civitatis. cum exalarent animas su
as in sinu matrum suarum. Mem. Cui
comparabo te vel cui assimilabo te filia
ierusalem. Cui adequabo te et consolabor te virgo
filia syon. Magna est enim sicut mare con
tritio tua. Quis medebitur tui. Nun.
Prophete tui viderunt tibi falsa et stulta.
nec aperiebant iniquitatem tuam. ut te ad
penitentiam provocarent. Viderunt autem tibi assump
tiones falsas et eiectiones. Samech.
Plauserunt super te manibus omnes transeun
tes viam. sibilaverunt et moverunt capita
sua super filiam ierusalem. Hecine est urbs
dicentes perfecti decoris. gaudium univer
se terre. Ayn. Aperuerunt super te os suum
omnes inimici tui. sibilaverunt et fremue
runt dentibus suis et dixerunt. Devora
bimus. En ista est dies quam expectabam
us. invenimus vidimus. Phe. Fecit dominus
que cogitavit. complevit sermonem suum
quem preceperat a diebus antiquis. Destru
xit et non pepercit. Et letificavit super te
inimicum. exaltavit cornu hostium
tuorum. Sade. Clamavit cor eorum ad dominum
super muros filie syon. Deduc quasi tor
rentem lacrimas per diem et per noctem.
non des requiem tibi. neque taceat pupil
la oculi tui. Coph. Consurge lau
da in nocte in principio vigiliarum.
effunde sicut aquam cor tuum ante conspectum
domini. Leva ad eum manus tuas pro
animabus parvulorum tuorum. qui defece
runt fame in capite omnium compitorum.
Res. Vide domine et considera. quem vinde
miaveris ita. Ergo ne comedent mu
lieres fructum suum. parvulos ad me
suram palme. Si occiditur in sanctuario
domini sacerdos et propheta. Syn. Iacue
runt in terra foris puer et senex. vir
gines mee et iuvenes mei occide
runt in gladio. Interfecisti in die furo
ris tui. percussisti. nec misertus es.
Vocasti quasi ad Thau. III
diem sollempnem qui terrerent
me de circuitu. et non fuit qui effugeret
in die furoris domini et relinqueret. Quos
educavi et enutrivi. inimicus meus con
sumpsit eos. Aleph. Ego vir videns
paupertatem meam. in virga indignati
onis eius. Me minavit et adduxit
in tenebris et non in lucem. Aleph. Tantum
in me vertit. et convertit manum suam tota
die. Vetustam fecit pellem meam. et
carnem meam. contrivit ossa mea. Beth.
Edificavit in gyro meo. et circumdedit
me felle et labore. Beth. In tenebrosis
collocavit me. quasi mortuos sempiter
nos. Gimel. Circumedificavit adver
sum me. ut non egrediar. aggravavit
compedem meum. Gimel. Sed et cum cla
mavero et rogavero excludit orationem
meam. Gimel. Conclusit vias meas

lapidibz quadris. semitas meas sub
uertit. Ursus insidians factus e mi-
leo i absconditis. Deleth. Semitas
meas subuertit et confregit me. posuit
me desolatam. Deleth. Tetendit
arcum suu. et posuit me q̄si signum
ad sagittam. He. Misit i renibz
meis filias pharetre sue. Vau.
Factus sum i derisum oi p̄plo meo.
canticu eor tota die. Vau. Repleui
me amaritudinibz. inebriauit me
absinthio. Vau. Confregit ad nu-
mer dentes meos. cibauit me ci-
nere. Sin. Et repulsa e aia mea.
oblit sum bonor. Ioth. Dixit. Perit finis
meus. et spes mea a dno. Hai. Recor-
dare paupertatis et transgressionis
mee absinthii et fellis. Heth. Memo-
ria memor ero et tabescet i me aia
mea. Heth. Hec recolens i corde meo.
ideo sperabo. Heth. Misericordie dni q nn sum
consumpti. q nn defecerunt miserationes
eius. Thet. Noui diluculo. multa e
fides tua. Thet. Pars mea dns. dixit
anima mea. ppterea expectabo eum.
Thet. Bon est dns sperantibz in eum.
anime q̄renti illum. Ioth. Bonu
est pstolari cum silentio. salutare dei.
Ioth. Bonum e uiro cu portauerit
iugum ab adolescentia sua. Ioth.
Sedebit solitarius et tacebit. q le-
uabit se sup se. Caph. Ponet i puluere
os suu. si forte sit spes. Caph. Dabit
percutienti se maxillam. saturabit
obprobriis. q nn repellet i sempiternu
dns. Lemech. Quia si abiecit. et misere-
bitur. scdm multitudinem miseratiou suar.
Lamech. Non eni humiliauit ex corde
suo. et abiecit filios hoim. Ut conteret

sub pedibz suis omnes uinctos terre.
Ut declinaret iudicium uiri. i 9spectu alti-
ssimi. ut perueteret hoiem i iudicio. dns
ignorauit. Mem. Quis e iste q dixit
ut fieret dno nn iubente. Mem. Ex ore
altissimi nn egredient. nec bona nec ma-
la. Mem. Quid murmurauit ho uiuens.
uir p peccatis suis. Nun. Scrutemur
uias nras et q̄ramus et reuertamur ad
dnm. Nun. Leuemus corda nra cum
manibz ad dnm in celos. Nun. Nos
inique egimus. et ad iracundiam prouoca-
uimus. Idcirco tu inexorabilis es. Sa-
mech. Operuisti in furore et pcussisti nos.
occidisti nec pepcisti. Samech. Opposu-
isti nubem tibi. ne transeat oro. Sam-
ech. Eradicationem et abiectionem
posuisti me in medio ppłor. Phe.
Aperuerunt sup nos os suu oes inimici.
Phe. Formido et laqueus facta e nob
uaticinatio et contritio. Phe. Diuisio-
nes aquar deduxit ocls meus. i con-
tritione filie ppli mei. Ayn. Oculus
mes afflictus e nec tacuit. eo qd nn esset
requies. Ayn. Donec respiceret et uide-
ret dns de celis. Ayn. Oculus meus depda-
tus e aiam meam. in cunctis filiabz
urbis mee. Sade. Uenatione ceperunt
me q̄si auem inimici mei gratis. Sade.
Lapsa e in lacum uita mea. et posue-
runt lapidem sup me. Sade. Inun-
dauerunt aque sup caput meu. dixi.
Perii. Coph. Inuocaui nomen tuu dne.
de lacu nouissimo. Coph. Uocem meam
audisti. ne auertas aurem tuam a singultu tuo
meo. et clamoribz. Coph. Appropinquasti
i die quando inuocaui te. dixisti ne ti-
meas. Res. Iudicasti dne causam aie
mee. redemptor uite mee. Res. Uidi

sti dñe iniquitatē adusum me' iudi
casti iudicium meū. Res. Vidisti om̄
furorem' uniusas cogitationes eor
aduisum me. Syn. Audisti obp̄bria eor
dñe' oms cogitationes eor aduisum
me. Syn. Labia insurgentiū m̄ ⁊ me
ditationes eor aduisum me tota die.
Syn. Sessionem eor ⁊ surrectionem
eor uide' ego sum psalm̄ eor. Thau.
Redde eis uicem dñe' iux̄ opa manu
um suar. Thau. Dabis eis scutū cor
dis laborē tuum. Thau. Psequeris
in furore tuo' ⁊ conteres eos sb̄ celis
Quomodo Aleph. IIII dñe
obscuratū ē aurum. mutat' ē
color optimus. dispsi sunt lapides
sctuarij in capite omniū platearum.
Beth. Filij syon incliti ⁊ amicti auro
primo. quom̄ reputati sūt in uasa te
stea. opus manuū figuli. Gimel. Sz
⁊ lamie nudauunt mam̄as suas. la
ctauunt catulos suos. Ayn. Filia pp̄li
mei crudel' q̄i struitio ī deserto. Deleth.
Adhesit lingua lactentis ad palatum
eius ī siti. paruuli petierunt panē
⁊ n̄ erat qui frangeret eis. He. Qui ue
scebant̄ uoluptuose' ītierunt ī uijs.
Qui nutriebantur ī croceis' amplexati
sc̄ stercora. Vau. Et maior ē effecta iniq
tas filie pp̄li mei pecco sodomor. q̄ sbū
sa ē in momento' ⁊ n̄ ceperunt ī ea man'.
Zai. Candidiores nazarei ei' niue.
nitidiores lacte. rubicundiores ebo
re antiquo' saphiro pulchriore. Heth.
Denigrata ē sup carbones facies eor
⁊ n̄ sunt cogniti in plateis. Adhesit
cutis ossib; eor' aruit ⁊ fc̄a ē q̄i lignū.
Teth. Melius fuit occisis gladio q̄
interfectis fame' qm̄ isti extabuerunt
osumpti ā sterilitate terre. Ioth.
Manus mulier. misericordium coxerunt
filios suos' fc̄i sunt cib' eor ī contri
cione filie pp̄li mei. Caph. Compleuit
dñs furorem suū. effudit iram īdi
gnationis sue. Et succendit do' ig
nem ī syon' ⁊ deuorauit fundamta
eius. Lameth. Non crediderunt reges
terre. ⁊ uniuersi habitatores orbis.
qm̄ ingrederetur hostis ⁊ inimic' p por
tas ierlm. Mem. Propt' pcc̄a pphar
eius' ⁊ iniquitates sacdotum ei'
qui effuderunt ī medio ei' sanguine
iustor. Errauerunt ceci ī plateis' pol
luti sunt sanguine suo. Cumq; n̄ po
sent' tenuerunt lacinias suas.
Samech. Recedite polluti clamaue
runt eis recedite. abite. nolite tan
gē. Iurgati quippe s̄ ⁊ cmoti. dixerut
int̄ gentes. Non addiet ultra' ut
habitet in eis. Phe. Facies dñi diuisit
eos n̄ addet ut respiciat eos. Facie
sacdotum n̄ erubuerunt. nec senum
misertī s̄. Ayn. Cum adhuc sb̄sistē
mus. defecerunt oculi ad auxiliū no
strum uanū cum respiceremus atte
n̄ ad gentē que saluare nos posset.
Sade. Lubricauerunt uestigia nr̄a' in
itinere platear. Appinquauit finis
nr̄. Completi sunt dies nr̄i' q' uenit
finis nr̄. Coph. Velociores fuerunt
psecutores nr̄i aquil' celi' sup mōtē
psecuti sunt nos ī deserto. īsidiati
sunt nob. Res. Sp̄c oris nr̄i xp̄c dñs
captus ē in pccīs nr̄is' cui diximus'
In umbra tua uiuem' ī gentibus.
Syn. Gaude ⁊ letare filia edom que
habitas in terra hus. Ad te quoq; p
ueniet calix ī ebriabis atq; nu

debis. **Thau** Completa ē iniquitas tu
a filia syon· nō addet ultra ut trāsmi
grete· **V**isitauit iniquitatē tuā filia
edom· discoopuit pcc̄a tua. **Oro ierem**
e pphe. **R**ecordare dn̄e quid acciderit
nob'· intuere et respice obpbrium nr̄m.
Hereditas nr̄a uersa ē ad alienos· dom'
nr̄e ad extraneos. **P**upilli fc̄i sum' absq;
patre· matres nr̄e q̄i uidue. **A**quam
nr̄am pecunia bibim'· ligna nr̄a p̄
cio comparauim'. **C**eruicib; minabam̄
lassis nō dabatur requies. **E**gypto
dedimus man' ⁊ assyriis· ut saturare
mur pane. **P**atres nr̄i peccauert
⁊ nō sunt· ⁊ nos iniquitates eor̄ porta
uimus. **S**erui dn̄ati sunt nr̄i· nō fuit
qui redimeret de manu eor̄. **I**n animab;
nr̄is afferebamus panē nob' a facie
gladii in deserto. **P**ellis nr̄a q̄i cli
banus exusta ē· a facie tempestatum
famis. **M**ulieres i syon humiliaue
runt· uirgines i ciuitatib; iuda. **P**rin
cipes manu suspensi s̄· facies senu
nō erubuerūt. **A**dolescentib; impudice
abusi sunt· ⁊ pueri in ligno corruert.
Senes defecerunt de portis· iuuenes de
choro psallentiū. **D**efecit gaudium
cordis nr̄i· uers' ē in luctum chor'
nr̄. **C**ecidit corona capitis nr̄i· ue
nob' q̄r peccauim'. **P**ropterea factū ē me
stum cor nr̄m· ideo contenebrati s̄ oculi
nr̄i. **P**ropter montē syon q̄r disperiit· uul
pes ambulauerunt in eo. **T**u aūt dn̄e ie
ternum pmanebis· soliū tuū i gen̄ationē
⁊ generationem. **Q**uare in ꝑpetuum obli
uisceris nr̄i· derelinques nos i longi
tudine dier'. **C**onuerte nos dn̄e ad te
⁊ conuertemur. **I**nnoua dies nr̄os sic a
principio. **S**z proiciens repulisti nos
iratus es c̄t̄ nos uehementer. **Explicit**
Tren. Incip plo' i Ezechielem pphaz.
Ezechiel pphā
cū ioachim re
ge iuda cap
tiuus ductus
est i babylo
nem. **I**bique
hiis qui cum
eo captiui fuerant pphauit· penitētib'
q̄d ad ieremie uaticinium sceptro adu
sariis tradidissent· cum uiderent adh'c
urbem ierl̄m stare· q̄m ille casu
ram pdixerat. **T**ricesimo aūt anno
etatis sue ⁊ captiuitatis ū· exorsus
est ad concaptiuos loqui· ⁊ eodem tp̄e
licet posterior hic in chaldea· ⁊ ierem'
i iudea pphauerunt. **S**ermo eius nc̄
satis disertus· nec admod' rusticē ē
s; medie temperatis. **S**acerdos ⁊ ipē sic ⁊
ieremias· principia uoluminis ⁊ finem
magnis hn̄s obscuritatib; inuoluta. **S**z
⁊ uulgata eius editio· nō distat multū
ab hebraico. **V**n̄ satis miror· quid cause
exstiterit ut si eosdem i uniuersis libris
hemus interptes· in aliis eadem· i aliis
diuisa transtulerint. **L**egite g'· ⁊ hunc iux
translationē nr̄am· q̄r p cola scriptus
⁊ commata manifestiorē sensum legē
tib; tribuit. **S**i aūt amici nr̄i ⁊ hunc sb
sannauerint· dicite eis q̄d nemo eos c̄
pellat ut scribant. **S**z uereor ne illud
eis eueniat q̄d grece significantius di
citur uocentur fagolidori· hoc ē manduc
cans senectas. **Explic plog'. Incip E**
zechiel pph.
Et factum est
i tricesimo an
no i quarto i